

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Cupiditas af  
cum uariis

Nullum habet maius malum cupiditas quam quod ingrata est. Nemo quos uincit sed a quibus uincatur aspicit; et illis non tam iocundum est multos uidere post se quam graue aliquem ante se. Habet hoc uicium omnis ambicio, non respicit. Nec ambicio tantum instabilis est; uerum cupiditas omnis incipit semper a fine.

Seneca LXXIII. epistola.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

quos] quod M; aliquem] aliquam M; non] nec P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; semper *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
LXXIII. epistola] epistola 74. L<sup>2</sup>; epistola *om.* B C